

la, quæ iudicans damnat. Nihil eius cognitionem præterit, nihil in obliuionē tranſit. Deniq; ex beneficijs homini ſine intermiſſione exhibitis, ex commiſſorum facinororum flagellis, ex certiffimo, ac inſallibili ordine rerum fluidarum, tanquam ſignis euidentibus eius præſentia manifeſtatur, ſicut ſplendore, & calore ſol nondum viſus deprehenditur, quæ nunc proſequenda non ſunt per ſingula.

Sed hinc auſtorij doctrinam beati Auguſtini ſermone 10. de verbis eũ geli diligentius notate. Quia Deus in medio noſtrum eſt nuſquam non eſt, nullus fugit ab illo locus eſt, nulla ab eius conſpectu abſcondere latebra poteſt. Si aſcenderis in cælum, ibi eſt. Si deſcenderis ad infernum, ad eſt. Ergo ſi propter mala tua eligis fugere iram eius tanquam vultum iuſti iudicis, nec ab illo fugere potes, quia ubiq; præſens eſt. Fuge de proximo ad eum, qui in medio tui eſt, iuge ad præſentem, ne ſentias in ira vententem. Dicis. Quomodo fugiam ad eum, cuius iudicium pertinetico? Diſce à puerulo parabolâ deprehenuſus à patre in aliquo ſibi vetito, nullum videns fugæ præſidium, proiecit, quæ malè tenuit, currit ad patrem, præoccupat virgam amolectitur iratũ, ſpondet emendam, vt tandem habeat placatum. Tu quoq; fac ſimiliter. Projice quæ malè contra illum tenuiſti, occurre, paterna implora viſcera, miſericordiam appellato, propone emendam, & mutabit vindictæ ſententiam, ſi tu mutaueris vitam, ſicut ſpondet Hierem. 18. Si penitentiam egerit gēs illa à malo ſuo, agam & ego penitentiam à malo, quod cogitavi vt facerem ei. Deniq; ad hanc fugam dominus ipſe inuitat. Reuertere inquit, ad me, & non auertam faciem meam à vobis. Verumtamen ſcio iniquitatē tuam, quia in dominum Deum tuum præuaticata es. Et iterum. Si reuerteris, ad me conuertere, voca me pater meus, dux virginitatũ meæ. Si abſtuleris offendicula tua à facie mea non commouebis. Hieremias. 3. & 4. ca.

Quia  
Deus in  
medio eſt  
nuſquã,  
non eſt

uallat  
qibam  
mi 781  
alidom

Ecce audiuiſimus quia in medio noſtrum ſtat dominus. Sed fortè ſunt in nobis, qui hæc ignorant aut non attendunt, vel quod peius eſt, omnino non credunt, & ita dominum cum parentibus iudicis in medio eorum ſtantem ne ſciunt ad ſalutem, quem iudicem ignorare non poterunt condemnantem: Ne ſciunt nanq; præſentem dominum, qui ſolis obſequium, ſtellarum influxum, elementorum famulatum, corporis robur, animi vigorem, temporalium abũdantiam, honorem, famam, potentiã, & vniuerſa præſentis temporis bona non recognoſcunt tanquam diuina beneficia, ſed quaſi neceſſaria, aut à fato vel propria induſtria acquiſita, increduli ad verbum Iacobi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt & c. Ideo; eis abutuntur pro ſua voluntate contra Deum. Hi longè peiores his, quos propheta arguit, cum ait. Conſtebitur tibi cum be neſeceris ei, quoniam & beneficijs ingrati ſunt, nec conſententur. Non iſti Deum præſentem, nec ſui curam habentem, ſed velut longè abſentem, & inferiora non conſyderantem aſpiciunt, dicentes cum impijs. Circa cardines cæli ambulat, & noſtra non conſyderat. Job. 22. Neſciunt præſentem dominum, qui temporales afflictiones, ac mala occurrentia non tanquam patris ammonitionem, ac emendans flagellum ſuſcipiunt, quales ſunt, quicumq; præſentia mala genuit ſed his afflictũ vitam non emendat. Vnde non iſta quaſi diſciplinam à patre omnia vident, & ſic noſtros exceſſus in melius reducente ſuſcipiunt, ſed quaſi ignorantem Deo, & abſente contingant. Extende hic de præſentibus malis, peſtis, gladij, & famis, & nulla ſubſequeuta emendatione. Sciant tales ſicut Grego. 6. moral. §. 13. ſcribit, q; illos veritas ab æterna anima duerſione eripit, quos in proſperis per diſciplinam puniat. Qui ergo per diſciplinam cum negligit habere patrem) afflictionis ſuæ tempore per adiutorium non inueniet ereptorem.

Multi  
neſciunt  
dominũ  
præſentem.

quidam  
ſiſt non  
ſuſcipi  
ſiſt non  
ſuſcipi

Neſciunt